

priori canone tunc, quando prosthaphæresis \odot & D . fuerint diuersæ
 speciei, uel ambæ quidem eiusdem speciei, maior autem prosthaphæ=
 resis D , Posteriori autem Canone, quando rursus fuerint eiusdem
 speciei, maior autem prosthaphæresis \odot . Voco autem eiusdem speci=
 ei, cum utraq; est uel adiectiua, uel ablatiua, diuersæ uero, cum altera
 earum adiectiua, altera uero ablatiua. Ad hunc igitur modum habe=
 bis interuallum temporis, quod inter datam mediam syzygiam et ue=
 ram eiusdem mediæ intercedit. Quæ ut dextrè intelligantur accom=
 modemus ad utrunq; eorū exemplorum, quibus hætenus usi sumus.

Primum exemplum. Datæ mediæ syzygiæ plenilunij mensis Iunij
 anni 1555. tempus supra inuentum est, 3. dies, horæ 17. scr. 1 1^a, 38 2^a,
 sub Meridiano Regij montis Borussiae. Itaq; anomalia simplex est sex.
 2. part. 49. scr. 44 1^a, 32 2^a, ac propterea prosthaphæresis centri \odot .
 partium 1. scr. 30 1^a, 10 2^a, addenda, & inde coæquata \odot . anomalia
 sex. 5. part. 43. scr. 50 1^a, 7 2^a, cum scrupulis proportionalibus 0 1^a,
 33 2^a, Vnde existit prosthaphæresis orbis absoluta partiu 0. scr. 29 1^a,
 58 2^a, adiectiua. Similiter per anomalam D æqualem sex 1. part. 26.
 scr. 58 1^a, 34 2^a, colligitur $\pi\epsilon\sigma\theta\alpha\lambda\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma\iota\varsigma$ primi epicycli partium 4.
 scr. 53 1^a, 17 2^a, ablatiua. Et quoniam prosthaphæreses non sunt eius=
 dem speciei, & ablatiua quidem D , ideo sub ipsam mediam syzygiam
 per 3. regulam præcepti antecedentis D præcedit uel anterior est \odot .
 & distantiam ipsorum mutuam ostendunt iunctæ prosthaphæreses
 \odot & D , quæ simul sunt partes 5. scr. 23 1^a, 20 2^a, & quoniam tempus
 ueri congressus horum luminum posterius est tempore mediæ syzy=
 giæ, colligo per 44. præceptum, quod D hunc arcum partium 5. scr.
 23 1^a, 10 2^a, perambulet à medio loco \odot horis 10. scrupulisq; 45 1^a,
 40 2^a ferè. Tantum igitur est temporis interallum inter datam hanc
 mediam & ueram eiusdem syzygiam, quod adiectum tempori mediæ
 syzygiæ dierum 3. horarum 17. scr. 1 1^a, 38 2^a, ostendit uerum illud
 pleniluniū mensis Iunij fieri plenis dieb. 4. horisq; 3. scr. 47 1^a, 18 2^a
 ferè, ut à media nocte, quæ diem Iunij quintum antecedit.

Alterum exemplum. Similiter mediæ nouilunij mensis Aprilis an=
 ni 1567. tempus est dierum 7. horarum 22. scr. 35 1^a, 24 2^a, & ano=
 malia simplex sex. 2. part. 50. scr. 59 1^a, 6 2^a, & inde tum coæquata
 anomalia \odot sex. 4. part. 47. scr. 32 1^a, 40 2^a, tum scrupula proportio=
 nalia 0 1^a, 25 2^a, per quæ tandem habetur absoluta prosthaphæresis
 orbis \odot partium 1. scr. 44 1^a, 42 2^a, adiectiua. Similiter per anoma=
 liam D æqualem sexa. 1. part. 29. scr. 3 1^a, 19 2^a, excerpitur æquatio
 primi epicycli D . part. 4. scr. 54 1^a, 47 2^a, ablatiua, cunq; Solis sit di=
 uersæ speciei, nempe adiectiua, manifestū est ueri nouilunij tempus pos=
 terius

oo sterius